





D. Æ. V. T. B. I.

1444

AVCTORITAS
GLOSSARVM

25

earumque Principium,

1662, 14.

PRÆSIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO, NOBILIS-
SIMO, CONSULTISSIMO atq; AMPLISSIMO,

DN. JOHANNES REBHAN,

Jcto. Sacr. Cæsar. Palat. Comite, Colleg.

Jurid. Antecess. & Adfessore seniore, Præ-
ceptore optimo,

*Brevi in SOLENNI Disputatione
descripta*

ab

EGIDIO ENGVERO Colbergens.

Examinata dabitur a. d. 25. Aprilis.



ARGENTORATI,

Typis descripsit JOHANN. PASTORIUS,

M. DC. LXII.

V I R I S

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AM-
PLISSIMIS ATQUE PRVDEN-
TISSIMIS,

DN. FELICI Braunschweig Oriental Pome-
ran. Consil Provincial. atque Patriæ Ci-
vitat Consuli consil spectatis.

DN. BALTHASARI TIMÆO von Guldens-
lee D. Sereniss. Elector. Brandenburg. Ar-
chiatro, eidem Patriæ Consul. graviss. &
in Neudgarten & Rügenauw hæreditar.

DN. FRIDERICO von Nessen J. U. D. Archi-
dicaster. Advocat. & Reipubl. Syndico.

DN. LAURENTIO Henningck Icto atque Ca-
merario fideliss.

DN. EGIDIO Heidemann eidem Cameran.
Scholarch & Salinator.

DN. FRANCISCO Winther Archidicaster
Advocat. & Reip. Senator.

*Hac brevi Dissertatione & diligentia sua atque
pietate in eos maxima declarata eos
in Patronos eius adhibuit.*

EGIDIUS ENGVER.



D. Æ. V. T. B. I.

Auctoritas Glossarum earumque
Principium.

DE Auctoritate Glossarum ac
Principio earum Erudito Lectori vel
Auditori perfecta præstitisse, id quod
voluisse bonitatis quidem erit, fecisse
virtutis, vix ego mihi promiserim. Qua-
re eandem reliquam facere Doctiori-
bus, an integrum de ea ad maturiorem ætatem reser-
vare, utrum magis velim debuerimve existimare haud
facile possum: Neque enim ignoro, velle differere
de re laborata adhuc parcissimè & amplissima quidem,
esse peracuti ingenii, nec nisi ab his, qui altè sapiunt,
sperari posse. Et quid quod natura hæc satis parce
tribuerit nobis, num vitio certè verti quidem potuerit,
nostram diligentiam si in alio genere, quam in hoc, iis
quibus debemus, probari maluerimus? At, quanta
hæc, tantum tamen abfuit, ut me ab hoc labore deter-
ruerint, ut cupiditate magis laureolam inde quærendi
incenderint. Neque eandem æstimationem quorun-
dam sinistram verebor: iniquissimum enim spera-
vero, qui infirmitatem pro crimine poneret, meamque
causam condemnaret potius, qui, quod debui, non po-
tuerim, quam probaret, quia quod potui, certe volue-
rim.

A 2

Glossa

Glossa hæc non eâ nobis significatione, quâ Fabio (a) venit. Nam quod glossemata sive γλώσσαι voces appellat minus usitatas, prisca scilicet & poëticas, si sequi vellemus hanc, longè alia via ineunda foret: nec quod Clemens Alexandrinus, (b) eum- que secutus Vir Summus atque Eruditissimus Casaubonus (c) ex perpetuo usu Linguae Græcæ perfecerint, Barbarorum linguas propriè γλώσσας appellari, nostram ad rem quidquam nunc attinet, nihil enim impedit, quin uno nomine diversæ res, maximè in diversis linguis cognosci potuerint. Quare vel nulla nobis perfectissimi hi Viri bella movebunt, si glossam hîc brevissima legum commentaria dixerimus: Vitiosum enim esse, (d) clam iis haud quidem fuerit, de nomine ac vocabulo eius rei controversiam struere, quam consuetudo potest optumè iudicare.

§ 2. Sed faciles utinam ad eò possemus veram horum Comentariorum auctoritatem, ut nomen haud exquirere tantum, sed propugnare atq; defendere. Auctoritate autem non factum aut dictum indicabimus, (e) quod aliis deinceps pro consilio, exemplo, iure, aut testimonio erit. Minus eandem jus legitimi domini appellabimus, (f) quod Cicero, (g) ius Auctoritatis denominabat; vel suæ rei vindicandæ adersus eos, qui in præsentî possident. Multo denique minus translatum ipsum acquisitumque dominium, ex quo jus illud descendebat, pro auctoritate in certamen veniet. (h) De auctoritate disceptabitur, quæ glossæ obsequium conciliet, & unde vim atque virtutem obligandi habeat.

§ 3. Quamvis autem Glossæ nostræ, quæ est Scriptura ad domo sua leges nobis communis juris explanabilis, à quovis Doctore iis addite pignora, sigillatim ab Accursio, vim unam aliquam & nos tribuimus, neque debitam ei obedientiam tolli haud omninò posse inficiabimur: non tamen absolutam hanc, nec nisi ex ipsis verbis descripti juris derivatam vel æquitate ritè inductam ullam esse crediderimus; atque ad eò affirmaverimus. Ius quidem omnes obligatos usque tenere potest, maximè quod natura nos docuit, interpretatio autem eius, quam dudum hoc secuta fuerit, non minus & illa nos obligabit. Neque autem hoc virtute propriâ, sed summa atque immutabili illa honesti ipsius ratione, quæ rei declaratæ inesse creditur: à qua quam mox declinaverit quisquam, non modo dicta, sed facta

(a) lib. 1. c. 14.

(b) lib. 1. c. 14.

(c) in Not. ad Act. A. post. c. 10.

(d) Cic. lib. ad Heren. § 24.

(e) Buchner. Cl in Lex. Fabr. (f) A. Gell. lib. 17. c. 7. Leg. XII. tab. & in has Rinterhus. 14.

(g) orat. pro Domo sua

(h) l. ult. ff. de pignorat. Act. Leg. 10. Cod. eod. Leg. 24. C. de Fideicom. leg. ult. ff. de eviction. Sen. 4. cōtrovers. 22.

facta tota invalida erunt. Quare non nisi nomine iuris glossam suam auctoritatem habere certum est. Nam quod ad legis quidem essentiam an bona sit non requiritur, (i) cum alias Philosophus (k) civis boni & viri boni, quæ sint discrimina nescivisset, neque præterea in mala Rep. malas esse leges affirmasset, id glossam, ubi in alia quædam à legis præscriptæ sententia i verit, studio & ratione æquitatis minimè liberare valebit. Legi quidem, cum illud nempe vinculum sit, quod societatem hominum unice continet, omnia in Rep. subjacent: tantum tamen abest, ut sola scripta adstringere possit, ut nullam vim habere iudicetur, si promulgatio haud accesserit. (l) Quid glossa igitur? Legis sententia valeat; nec maxumè alià atque naturæ, si quidem à lege civili secesserit. Quod si tam naturalem quam civilem rationem reliquerit, quà ratione auctoritatem habitura videbitur?

(i) Arnise- lib. 1. c. 17. s. 4.
(k) Lib. 4. Ethic. 1. lib 3, Poli. c:7
(l) l. fin. ff. de decr. ab Ord fac.

§ 4. Neque existimandum unicam aliquam glossam sive sit Accursii sive alterius quis, hæc auctoritate solùm frui: Certissimum enim quisque perspicit, auctoritatem quam modò diximus, omnis veræ interpretationis eandem esse, nec glossam ullam reperiri, quæ nisi huic innixa, stabit. Quod si igitur ea per se atque universè toti glossarum speciei inest, maxumè omnibus individuis eius ex Dialecticorum Canone inerit. Equidem ita sentio! & affirmo, omnem glossam ex se esse probabilem, semperque ex lege vel æquitate existimandam: (m) neglecta enim æquitate, quis lo- cus erit Accursii, quis Pauli, quis Iohannis, quis Bartoli, cæterorūq; commentariis? Et num haud promulgati sine jussu sumæ potestatis tamen obtinebunt? si omnibus fuerit hæc eadem Virtus, quæ, ordinarios quos Bartolus appellat, (n) iis ut nautæ temoni adhæreamus? Non puto quenquam infitari, quod definitum definitionem semper sequitur: novum enim aliàs philosophiæ genus produceretur, rem essentiã eandem eodem nomine nefas esse notari. Nihil igitur impedit, modo Accursii auctoritatem non nisi potestatem naturalem atque legitimam dederimus, eandem omni veræ glossæ asserere. Omni competit definitio, ergo & definitum necessariò semel vera æterna iubet esse veritas. Frustra sunt, qui Argum sibi fingunt solumque sapientem suum Accursium. movere licet, nihil tamen promovete: quod ille, perspexere illud alii; neque

(m) Ipsa gl. fatetr. hoc in l. 1. c. de LL. & in l. si de interpret. ff. cod Bart: in l. 1. 3. col. ff. si cert. pet.
(n) In l. Impuber. Præc. C. de



tamen idcirco minimam vir tantus laudem meruit. Nam quod soli Accursio rationem iuris omnem innotuisse obtinere volunt, explicent quæso, quos Iohannes vel Azo non edocuit, non usque adeo proficere potuisse? imò vero dum omnem huic auctoritatem concedunt, debitam ipsis Præceptoribus demunt. Facile quidem omnes, ut opinor, dabunt, ipsum Accursium ex Irnerii Bulgari, Martini, Placentini, Iohannis, Azonis, & aliorum sua confecisse commentaria. (o) Quæ laus his igitur supererit? quod si horum sola erit, quid Accursius expectabit? Si itaq; haud videri velint, qui ipsi totum in tantos viros sua laude privent, vel Accursio non concedant tantam, Vit. Ac- vel ex horum nomine ei quod tribuant capiant, quod si fecerint, in- anes stabunt glorias. Omnibus una laus atque auctoritas debetur, & maior quidem qui probabilia & rationi magis con- apposuerit.

§ 5. Maneat ergò sua quemque gloria: nec pauci sunt, qui in hoc Accursio æquari atque conferri optumè poterunt; atque adedò quidam anteferri. Primus in eo genere ab omnibus ferè Irnerius celebratur, qui post recuperatam Romani Iuris prudentiam, quam Barbaris Italiam tenentibus tot invida tempora omnem concluderant, parum absuit ut recludi negaverant, obscurum hoc ius notis adeo primus illuminaverat: & passim eo lucerna iuris vocitabatur. De absoluta sanè non modo iuris prudentia sed eruditione disciplinarum omnium Viri, quæ opus erat, multa prædicant: Nam quod æternum ei laudi erit, non tantum scriptura, sed etiam voce primus explanasse ius iustinianum creditur Bononiæ. Et licet alius quidam nomine Pepo prius ibi leges professus ex Odo- (p) In Vit. Irnerii. fredo ab Fichardo (p) feratur, obscurus tamen ille atque nullius nominis fuit; ut meritò ante Irnerium nemo ius docuisse dici possit. quare quæ antiquitati tribuitur admiratio atque honor, huic denegari iniquum esset. Neque autem direptâ Malvitanâ ur- An. C. 1228. be & inde iure civili Vigilio Auctore à Pisanis Victoribus in Itali- am relato, primus, uti diximus, leges tantum explicavit, sed & authenticas, quas vocant, ex novissimis Iustiniani constitutionibus elaboratas, Codici eiusdem Iustiniani omnibus bonis approbanti- bus commodum inseruit: sed his authenticis quamvis haud mini- ma tribui debeant, ut tamen ab Irnerio data, quod sine imperio fuerat,

fuerat, iuris auctoritatem non habebunt; neque Commentariis, quorum facultas vetustate quidem abiit, tamen praestarent, si superessent.

§ 6. Mortuo Imerio iustitia & iure eximiè exorto, non amplius copia Doctorum defuit: neque unum modò lumen lucebat lucem, sed plurima: Hugolinus, Bulgarus, Martinus, Placentius, atque Iohannes Viri fuere in iure admirabiles atque eximii. Haud minoris quoque existimandi Aldericus, Barnerius, Killianus, Fasolus & alii: qui quamvis nihil admodum insigne atque praclarum scriptum nobis reliquerint, Accursio tamen maiora fortean praestiterint, quod saepe eorum sententiam sequitur; maxum è autem Alderici, quem & Rosfredus (q) hominem magnae auctoritatis appellat. De Hugolino, primus libros Feudales & Constitutiones Friederici utriusque atque Conradi Imperatorum collegisse legitur. Bulgarus docendo tantum paucisque glossis innotuit. Martinus item non adèd tamen feliciter, quod plerarumq; decisionum eius à posteris vis vi mentis maiori perfracta fuerit. Placentinus ad Montem Pessulanum legum summas & Codicis ac Institutionum sententias optumè edidit. Iohannes denique Bosianus Cremonensis rerum summas in Pandectis conscripserat: sed meros aculeos in Placentinum, ut Odofredus refert.

A. C. 1192.

(q) in Gloss.

§ 7. Florere omnes hi Viri circiter annum Christi 1190. quos nullo planè intervallo insequerantur, discipuli & ipsi florentissimi. Primus erat Azon Bononiensis, summus ibidem in iure Doctor, fons legum, & vas quasi electionis ut Baldus (r) eum predicavit. Codicis summam conscripsit elaboratissimam, quam docti vel primo recepere loco: deinde magnos etiam apparatus super digesto, ut vocitant, veteri, & de praescriptionibus librum praeterea fecerat. Azoni Auditor & Killiano adhuc Rosfredus, patrià Beneventanus & Bononiae primum Professor, deinde Aretii, egregium opus libellorum & quaestiones Sabbatinas conscripsit.

(r) in L. Contract. de fid. Ina.

A. C. 1216.

§ 8. Hos tandem excepit Accursius Florentinus, vir magni ingenii & singularis maximè industria. Illud exstat eius singulare in hanc disciplinam beneficium, quod ex singulis commentariis Interpretum juris superiorum, generalem quendam in u-

nia



A. C. 1226. niversum corpus Legum singulasque ipsas leges confecerit; cum illi tantum obscurioribus in locis diligentiam suam præstiterint. Neque autem operam hanc homo perdiderat: quippe summâ exinde sibi fama atque existimatione comparata, missis cæteris, solus adoptabatur omnibus. Sunt qui referunt 37. ætatis anno animum demum ad juris studium adjunxisse: quod certè paradoxon quidem atque incredibile haud perspicio; quicquid etiam dixerint, qui post vigesimum quintum annum à quoquam quidquam amplius addisci posse negavere, vel nullam omnino ætatem juris cognitioni sufficere sibi persuasere. Experientia eorum magistra erit omnium: neque hoc unicum nostri exemplum dixerimus, sed plurimis aliis quisquis voluerit contrarium efficere potuerit.

Bartolus.

§ 9. Hic quando glossarum strictius hoc nomine notatarum Auctores recitavimus, adjungemus præterea, quod haud in minimo negotio habebis & maxime ad rem pertinere videbis, illarum glossarum Aborigines, quas specialius commentarios appellamus. Johannes de Blanasco, homo Burgundus, primus in his usque ab Accursio, haud admodum longo post tempore Bononiæ jura professus ac interpretatus est. Æqualem habuit Jacobum Balduinum, tum magni nominis Juris Professore; qui quanquam nulla post se reliquerat, per Ottofredi discipuli sui scripta tamen in omni memoria innotuit. Sed etiam si unius maxime operâ huius hoc nomen servatum fuerit, modo tamen id Blanasco quoque; providerat; cui ergo haud minores habeantur gratiæ. Non quidem Viri seorsim laudes subjecit & opera, sed suis præclare de actionibus commentariis scriptis admiscuit. Et hoc in ordine judiciario, variis questionibus, & emendatis Rosfredi libellorum formulis, quæ omnia eius opera sunt, non minus quod fecisset dubito, si Balduinus in eo genere egregium admodum quoddam sensisset.

A. C. 1254.

§ 10. Postquam Balduinus decesserat, Ottofredus à Benevento discipulus ei successit optimus: cui ex iis, quos dudum nominavi, prudentiâ atque scientiâ, atque docendi arte vix unus præstiterit. Nec certius locupletiusque id probari poterit, quam si adieris lecturas in Codicem atque digesta: Ubi ipse perspicies, quâ mente atque ingenio eas perscripserit. non legere
cum

eum, sed propemodum audire sibi lector videtur, inquit Fichardus. At hoc non minus, nisi à seipso plane dissensisset, de ceteris libris (s) In Vie quos edidit, idem existimabimus. nam cur ego crederem eum in Otthofred libris, de formula actionum, de ordine judiciorum, de arte Notariatus, omnibus quidem perutilissimis, minorem curam atque studium posuisse?

§ 11. Quemadmodum Balduino Otthofredus successit, sic A. C. 1262. huic Henricus de Segusia surrogatus est: quo in viro nihil humile, nihil obscurum, nihil vulgare visum fuit. ampla, præclara, exempli rari atq; ad eruditionem clarissimorum omnia. Quas ob causas maximus ei honos habitus fuit: Namque Hostiensis tandem Cardinalis factus est; in qua dignitate usque apud Pontifices Innocentium IV. & Alexandrum IV. gratosus fuit. Juris civilis & Pontificii summam non minus ordine convenientissimo ac tractatione elegantissima conjunctam edidit: quæ quoniam inchoata incendio surrepta fuit, serius ideo prodiit; quam tandem præterea Lecturæ in 5. libros decretales insequabantur.

Ipsæ hoc refert in fin. Summ.

§ 12. Secutus est Durandus, Hostiensis Auditor atque discipulus. Hic quoque in summis juris Doctoribus est habitus: eiusque multa sunt egregia scripta. Sed ex iis elucet maximè Speculum, quod non minimam sanè gloriâ exhibuit. Id qua ratione sit consecutus, postea patuit. non enim omnia sua virtus præstitit: sed multa veterum Scriptorum ad verbum sumpsisse atque usum pro suis Johannes Andreas (t) notavit ac prodidit. Verum si per se de illius opera existimandum erit, nihilominus ea summe laudabitur: etiamsi præterea, adductis tantum hinc inde in utramque partem aliorum opinionibus, frequens conticeat, atque adeo lectores suspensos detineat; quo facile incertus animus & veri nescius decipi solet. Mox postquam hoc Speculum absolvisset, brevissima ætate, triginta annorum ac paulò amplius, mortuus est.

A. C. 1271.

(t) In Ad- dit. passim

§ 13. Eodem tempore in iis, qui Commentaria scripserant, floruit quoque Jacobus de Belloviso; qui Feudorum libros illustravit: à quo hoc scribendi genus ad tempus desitum est. Ipho Britannus Clarissimus quidem post eum fuit, non adeò tamen scripturâ atque pietate & justitâ nobilitatus est. ad omnem enim virtutem atque justitiam nemo ex priorum seculorum memoria

B

magis

magis excelluit. Itaque sua eximia religione ubiq; venerabilis, ab Episcopo Trecorensi ad causas audiendas vocatus est. In eo munere præter rectum atque honestum nihil admisit, nihil voluit. (hoc quia præclarum est exemplum, alii sequuntor) Tandem in Divos relatus est. præter opinionem autem ac contra voluntatem admodum; cum religio hoc pernegare soleat, imo debuit ac sine dubio pernegavit.

A.C. 1300.

§ 14. Jam Dynus Muxellanus neglectam hanc commentandi rationem, brevi tamen postea reducem fecit. Postquam enim eius illustrem operam in leges de actionibus, de præscriptionibus, de interesse, de successione ab intestato & regulas juris cæteri perspexerant, eo ii quoque invitati, in hoc similiter suam industriam posuere. Ut autem non tantum industria major, sed etiam hominum ingenium fuit præstantius, ita illustriora quæque quisq; fecere. Petri de Bella Pertica Burgundi, in Instituta, Digesta atque Codicem permagni aestimata fuit. Nec minoris quoque momenti habita, quæ Jacobus de Atena, Parmensis, super iisdem Digestis ac Codice, licet breviter, eodem tempore ediderit. Sed unus in omnibus maximè floruit Richardus de Malumbris, Cremonensis, Professor Patavii: qui multa accuratè scripsit, ut Baptista Caccialupus tradit; quorum autem facultas rarissima est.

An. C. 1312.

§ 15. Eum quodammodo assecutus videtur à Pistorio Vir nobilissimus, Cynus nobili Sigisbuldorum genere natus. Hic à Parentibus acceptam gloriam eruditione multa ac præclaris scriptis auxit: in quibus admodum Lectura in Codicem acumine exstant; quos idèo profectioribus doctrinâ tantum ipse sese scripsisse ostendit. Nec defuit tamen tyronibus quoque opera atque axilium eius, quod optimum iis, ad intelligendum Digesta tulit.

A.C. 1347.

§ 16. Johannes Andreas, Bononiensis, proximus huic, et si juris civilis peritissimus fuit & sine dubio id quoque docuit, tamen multò eius notiores sunt scripturæ ad jus Canonicum quam labor in re ac jure Civili. Itaque huius memoria fermè nulla est, illarum autem magna fama: nam unicas illas additiones ad Durandi Speculum in hoc genere accepimus; cum frequentissimus contra ea videatur in altero. De insigni doctrina hominis constat inter omnes.

innes



omnes, qui de eo memoria prodiderunt: non tantum enim descriptum jus omne familiarissimum, sed omnium, præterea artium magnarum scientiam habuisse referunt. Ad hoc ad omnem reprehensionem non satis tutus erit: quam enim rem in Durando prodidit, quod plerisque contingere solet, amore nimium sui fasci natus, multa quæ sunt Oldradi Laudensis, ipsum se sibi adscripsisse oblitus est. Qua via igitur aliosprehendit, eademprehenditur. nam aliquoties furta eius detexit Baldus; atq; alicubi acerbe inclamat.

§ 17. Sed dices forsitan de hoc viro ut & quibusdam aliis hic dixisse nihil ad hoc attinuisse. Nam etiam si non eruditione tantum, verum etiam vitæ integritate celeberrimi fuerint, à scopo tamen nos aberrare, si omnes promiscuè Juris Doctores optimos recensere vellemus; quorum tamen nulla, maximè civilia commentaria extant. Hoc tibi concedimus, tu vero illud nobis concede, quod fecimus. Neque enim existimantes, quin Scripta doctorum virorum nulla plane ratione in commentariis numerari possint, & eos adduximus; & quidem quod sic celebriores omnes plerisque Consultos illius seculi exhibuisse commodum liceret. In his tunc quoque Jacobus de Butrigariis atque Reinerus de foro Livii haud posteriores ducti: quorum etsi uterque clarissimus fuit, alter Butrigarius tamen magis innotuit. Et longè item iste Commentaria scripserat; dum hæc semper obscura sunt, ea vero sola illustria visa.

§ 18. Eos cum Magistros ad Juris scientiam Bartolus cepisset doctissimos, ipsum ingenium valde eximium ita facile disciplina expolivere, ut ad vicesimum ætatis annum Doctoris nomine ipse claruerit. (u) Inde ad eò doctrina crescente exercitio & multo usu confirmandam eam duxerat. Itaque Tuderti accepto Assessoris munere jam totus in eo assiduusque fuerat: plurimumque quidem profecerat. At fato magis magisque properante proferre ingenium, Pisas primum evocatus tandemque Perusium, ubi accessionibus maioribus sibi ad eruditionem factis, inque publicis auditionibus egregiè probatis, Excellentissimus Doctor ad eò audit. Neque ea ætate fama cuiquam majus nomen largita

B 2.

fuit

A. C. 15 20.

A. C. 1323.

A. ætat. 14.

(u) Everhard. in Top. Legal. loc. ab Auctor. p. m. 581. Fi-chard in vit. Bart.

(x) Bald. in fuit, tum haud scio an aliâ. Nam ferè ad unum Doctorem summum, c. 1. de succ. Principem Legistarum, Juris Patrem, luminare ardentissimum, cess. feud. venerantur atque adorant. (x) Et immane quantum divini ei tribu- in usibus unt, qui semper in eo substantiam veritatis viris equisque, ut dici- feud. Ia- tur, tueri ac retinere laborant: unde nunquam in consulendo fon. in l. 1. ab opinione eius recedi licere. Verum enim vero hominem esse C. de sum. id tamen audiunt; humani igitur nihil alienum ab eo putamus: Trin. & in l. precibus Et si enim summâ diligentia ingenio adjuncta optimo, acutiora o- C. de im- pnia dederit, ut divina prope viderentur, ampliora tamen, quam pub. & a- ab homine, atque veriora sperare non possumus. Sed humano- liis subst. rum sanè nihilominus summa & tanta credimus, quæ quisque as- Francisc. sequi maximè velit; quæ voluntas quidem plurimorum erit ea- de Aretio dem, facultas vero paucissimorum: Paucissimi enim inveniun- consil. 155. tur in magno eorum numero, qui libros conscribunt, qui debitam Barbatia curam vel operam vel tempus in iis ponerent. Proinde nec Bar- incap Ray- nutius de toli splendorem omnes obtinent, qui toto quinqueunio in repe- Testam. titione Legis de ætate, Digest. de minoribus, elaborasse traditur (y) Ludo. Rõ. Et tamen laborarunt vehementer quidam, dicendo furta convitia- in Consil. que plurima, ut nomen hoc deprimerent. Sed ita profecto res 479. habet, optimè unus judicat, quod nullum tam excellens perfe- (y) Fi- ctumque ingenium fuit unquam, quin suos habuerit æmulos & Vit. Bart. osores, & eo quidem plures infestioresque, quo ipsum est ceteris Fichard. præstantius. Etenim nec ingenium nec memoria ei defuit, ut qui- ibid. dam ementiti sunt: quippe literas Hebraicas & Mathematicas, quorum usum quoque ad jus civile in Commentariis suis induxit, A. C. 1355. perdidit, & plurimum disciplinarum quam juris civilis peritiam ha- buit. Decessit Perusij, acerbo nimis excessu juris scientiæ, quod quadragesimum sextum annum nondum superasset.

§ 19. Tum quoque floruit nemini postponendus, atque aded summus alter ille Interpres, Aldericus Rosates Bergamen- sis; de cuius singulari perfectione sunt certissimi testes ipsa sua Commentaria in Codicem atque Digesta doctissima: Quare Bar- tolum etsi diutius eundem superstitem maluissent, in maximo ta- men eius desiderio atque dolore medio hunc certè quidem sibi reli- ctum letabantur.

§ 20. Et gratissima longè præterea dedit solatiâ nobilissi-
ma Ubaldorum familia, ingenii in hoc juris studio dexteritate sin-
gularis. Ea enim, quod virtutem solam atque unicam nobilita-
tem egregiè existimaret, hac eam unicè obtinere laborabat. Ita-
que perquisitis atque perspectis rebus omnibus, in quibus maior
virtus elucere solet, nullam literis præstantiorem invenerat. Sed
eæ tamen haud pariter omnes successere: cum enim diversa earum
habeantur genera, non omnia quodque perficit ingenia. Inde
Ubaldos usque à Petri, Artium atque Medicinæ Doctoris filiis tri-
bus, ad iura maximè natos aptosque fuisse patuit; ubi Baldus qui-
dem familiam duxit. Huius eruditio etsi longè latèque vagetur
atque diffusa sit, hanc tamen eam pauciores sciverint, quæ fertur
fuisse, modo non fuerit. Nihil enim ignorasse vel omnia potuif-
se, vel nullam denique rem intactam reliquisse quis facile sperave-
rit? Neque nos affirmamus ea omnia. & quantum quisque auctori-
tati Romani (z) atque Jafonis (a) in hoc tribuere velit, (nam ii hoc
affirmant) suo ipsius iudicio permittimus. Sed enim raram subti-
litate ingeniique excellentiam quisque largiri poterit, sive debue-
rit: Nam facile id omni sese probabit, cui innotuit, ipso decimo
quinto ætatis año jam tum de Lege quadam publicè exposuisse. (b)
In primis autem ex scriptis eius hoc comparebit, quorum plurima
atq; doctissima edidit; in quibus haud in extremis habebis, quæ in
eo genere scripsit, cuius hîc maxumè rationem ducimus.

§ 21. Secundus ab eo Angelus frater, tum commentariis,
tum eruditione cætera minimè secundus, sed æquus quidem profe-
ctò fuit: & uterque Parentis virtutem atque eruditionem in suo
genere non modo fuit affecutus, verum etiam longè superasse vide-
tur. Tunc desit vetus verbum: τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν,
ὡσπερ ἐμαρμένῃ εἰν τὴς υἱῆς φαυλῆς ἀποβαίνειν, καὶ ὀλιγοσινὸς ἀξίους
τῆς πατρῴας ἀρετῆς. Honestorum nempe ac bonorum virorum, ac
si fatale sit, filios improbos evadere & parùm referentes patriam
virtutem. Nec ii solum, sed omne Ubaldorum fere nomen singu-
lari Numinis voluntate, illi verbo oppositum fuit. Petrus enim
frater reliquus: Filii Baldi, Zenobius atque Franciscus; Angeli; Ale-
xander: Nepotes; ab Angelo Angelus secundus, à Petro, Mattheus
Petrus atque Baldus: Pronepotes Baldi, Nicolaus, Mattheus atque

(z.) Roma.
in singul.

379. in-
cipiente,
scires tu.

(a) Iafon
in l. i. C.
de summ.
Trin.

(b) l. cen-
tum Ca-
pua ff. de
eo quod
certo loco
referent.

Ange. frat.
d. l. §. pue-
ritiam.

Artist. in
Cimon.

Sigismundus, omnes ad unum, atq; aded disciplina juris, eruditissimi extitère. Sed cum ea tamen in Commentariis nulla, in scriptis omnino rara perspecta sit, obiter eos hic nominasse sufficiat.

A. C. 1382. Eodem ferè tempore in Commentariis ad Codicem maximè emittit Bartholomæus de Saliceto, Bononiensis, Summus Vir

— — — *legalis apis, dulcissimus ore*

Et Patriæ lux almae suæ, pietatis amator,

Iustitiæque sacrae clypeus baculusque cadentis.

Qui iuvenis multoque etiam venerabilis ævo

Edocuit: superavit eum, nec pœna laboris

Scribendo & pariter juris nucleando tenebras

Ita eum laudat Epitaphium ad S. Dominici ad tumulum ei Bononiæ Scriptum.

Ad A. C. 1409. § 22. Post Salicetum, neque tamen multò, Petri de Anchorano, Bononiensis æque atque Auditoris Baldi, commentaria in Digesta atq; priores regulas juris legebatur: Erat enim Vir Excellens & magnæ existimationis. Præter hæc Christiani de Castiliano Mediolanensis, eruditione illi benè planè paris, etiam maioris ingenio, Repetitiones, ut suo ipsius verbo utar, in honore fuere. Verum ut plerumque optimis rebus fieri assolet, ingenio quodammodo abusus fuit: nam ei confidens nimium novanda ubique circumspexit. Et imprimis tum illuxere Ioannis ab Immola in Codicem atque digesta interpretamenta luculentissima. Hic aded ultra cæteros fuit eximius, ut teste Iasone (c) eius laudes sufficienter exprimi nequeant. Æqualis ei fuit Paulus de Castro, Clarissimus idem Doctor atque optimus. Docuit Florentiæ, Bononiæ atque Patavii. Scripsit itemque Commentaria in libros Digestorum & Codicem exactissima. Neque posteriores omnino tulit Alexander ab Immola, Ioannis discipulus, fons juris uberrimus: Ex quo tamen moderatè actuo iudicio haurias decebit; nec Iasonem,

(d) Nicol. Everhard. in Top. legal. loc. de Auctor. imiteris, qui omnia omnino inde sumpsisse scribitur. (d)

§ 23. Iuvenis quidam Vir Ludovicus Pontanus, patria Spoletanus, quod Romæ commoraretur, Romanus tandem nominatus, hic nobis præterea memorandus erit: nam & huius habentur egregia ad Codicem atque Digesta monumenta. Primum Senis, denique Romæ iura interpretatus est; maximâ tum præsentium,

tum

tum absentium admiratione. Nec scientia quidem admirabilior
 quisquam esse poterat, quod memoria ejus tanta fuerit, ut, teste Æ-
 nea Sylvio, nulli veterum cedere putaretur, sive Simonidem sive Theoda- in Histor.
 eten, sive illum qui à Pyrrho missus ad Senatum venit Cyneam, sive Car- Basiliens.
 neadem, Seriphium, Metrodorum, Hortensium, sive, qui horum ultimus Concilij
 fuit, Lucium Senecam de divinitate memoria commendemus. Erat e-
 nim memor omnium, quæ ipse unquam aut legisset aut audivisset, nec ob-
 litus erat eorum aliquid, quæ ipse vidisset. Nec ut ceteri Iuris Consultæ
 principia legum in disputando allegabat: sed quasi Codicem le-
 geret, sic rectum memoriter referebat. Vir non Romæ tantum sed cælo
 dignus, & cui nemo mortaliū comparandus videretur. non admirationi,
 sed stupori futurus, omnibus populis, si, ut æquum videbatur, ætatis tempora
 duplicasset. Sed invidit fortuna Italia, nec tantum scientiæ lumen cre-
 scere passa est. Immisit pestiferum morbum, virumq; vix trigesimum
 egressum et atis annum abstulit. Nec plus horis sex & triginta sivit a. C. 1429.
 grotare, visusq; non transitus ille hominis, sed furtum. Quis enim vi-
 rum adeo juvenem, adeo robustum, tam brevi morula exspirare putasset?
 Sed fuit mors damnosior morte cuiusvis Regis; quippe quod Regi hæres
 succedit in regno: vix autem adeo docto nullus superfuit in literis hæres.
 Ita ille.

§ 24. Nam Jacobus Alvarotus, Patavinus ab nobili Alva-
 rotorum familia, jam jure feudale, (licebit mihi hic interdum bar-
 barè loqui pace, Latinitatis) in occulto jacens, tandem exposuit. De
 Philippo Corneo, ille in Codicem commentaria scripsit. Natus a. C. 1440.
 est Perusij nobili atque antiquo genere. Eruditus domi ad annum
 duodecimum, inde in scholis, quod ultra ætatem animo atque inge-
 nio valeret, civilia jura, o potentem puerum! ex Petrutio Profes-
 sore clarissimo audivit. Ac adeo profecit quidem, etiam ut ipse
 maturè Professor alios doceret. Hoc munus cum vitæ potissima
 parte explevit; nam ex annis, quos septuaginta atque sex
 vixit, ipsos quinquaginta illud sibi vendicat. Nec præteriri de-
 bebunt Franciscus Accolti, Aretinus, atque Christophorus Por- Matth.
 tius, *Explicat hic nitido prima elementa stylo: iste verò Codicis atq; Gribald.
 Digestorum sententiam declarat.* in catalog.
 Interpret.
 Iur.

§ 25. His successit Jason de Mayno, Patritius Mediolanen-
 sis, Iuris Doctor clarissimus & multa eruditione homo. hic tamen
 maxi-

maximè ab Alexandro ab Immola fuit, ut prius diximus. Commentaria eius notissima sunt. Docuit & Patavii atque Papiæ: at hic paucioribus, illic annis pluribus.

§ 26. Erat eo tempore celeberrimum Philippi Decii nomen; Mediolano, quod inde oriundus erat, valde gloriosum. Nec suo tempore maior quisquam vixerat, nec tot Scholarum Doctor; qui non tantum Pisis vel Senis, sed Paduæ, Florentiæ, Papiæ Gymnasiis præfuit. Verum enimverò nescio quâ fortunâ tamen omnimodâ rerum jactura, nec sine maximo vitæ discrimine, fugam dare coactus sit; quanquam non solum à crimine, quod imprimis deplorabat, verum etiam criminis suspicione erat vacuus. Et omnium quidem Italiâ non satis ei tutâ, Lugdunum dedit effugium: inde reducem tandem volente Florentina Rep., honoribus amplissimis maximisque fortunis denuò exornatus est. Unum ei contigit, quod nescio an ulli præterea, quod ad annos sexaginta sex vel septem Professoris nomine frui licuit. Moriente enim Carolo VIII. Gallorum Rege jam annis triginta Scientiam juris professus fuerat. Ille autem mortuus est A. C. 1498. Nunc Decius noster decessit A. C. 1535. inde faciliè colligere est, quod nos affirmavimus. Reliquit nobis optima Commentaria in Codicem atque Digesta; hæc tamen inchoata.

§ 27. Matthæus Gribaldus in catalogo interpretum iuris Civilis his plurimos insuper subiicit, in quibus maximè laudat Carolum Roynum: atque ad eum eo existimante

Explicat hic legum nodos velut Oedipus alter:

Nunquam habuit ealem Falsina docta Virum.

Sed nobis ex omnibus clarissimus videtur Ioannes Crottus, ob repetitiones in iure civili varias quamplurimis celebratus; cui Marius Salamonium, qui repetitiones doctissimas, Iacobinum de Sancto Georgio, quod commentaria de Feudis, in Codicem atque Digesta, Ioannem Franciscum à Ripa, qui Repetitiones, Ioannem Purpuratum, qui Commentaria in Codicem, Digesta ac Repetitiones varias, & denique Hieronymum Cagnollum, qui itidem Commentaria in Codicem, atque Digesta, atque varias Repetitiones edidit, adiungimus.

§ 28. Verùm longissimum foret, omnes hic Glossarum Aucto-

Auctores recensere: neque id præterea finis nostri ratio exigere videtur. Itaque præstito sine hanc partem inchoatam reliquisse, in crimen haud vocare velis. Nam obtinebo quidem, me paucioribus quoque id assequi potuisse; cum in eo genere hæc mea præcipua causa fuerit, ut probari tibi tantum voluerim, nullam in glosis auctoritate cæteris præstare; modo eæ ad legem veræ interpretationis conditæ fuerint. Ad id igitur, exempli gratia, duos vel tres auctores dixisse suffecerat: attamen hæc alta causa veteres iuris Interpretes, quod non omnibus omnes notos judicabam, quantum pro tenui mea facultate possem, si ab Imerio ad Budæum atque Zasium usque eos adducerem, non tantum gloriosum, verum etiam utilissimum futurum sperabam. Quod autem ibi potissimum constiterim, ea me adduxit ratio, quod in iis Italorum potissimum gloriam terminari perspiciebam. Neque enim præterea unâ dissertatione in sequentes omnes ad nostra hæc usq; tempora comprehendere potuisse habebam mihi persuasissimum: nam tum inclinata Italicæ doctrinæ atque discessione jam in Gallos atque Germanos facta aded uber atque multa exstitit ut tota volumina, quin impletura sit hæc sola eius declaratio, non dubitetur. Et merito reliqui cæteros: nam nihil mihi tamen profuisse intelligo, quod omnes in his, quantum ad nostram rem fecissent, optumè exhiberi possint: Non enim jam de alio, quam de auctoritate eorum disquiritur; cuius cum eadem in omnibus facile ratio detur, jam ea perspicimus, qualis sit.

§ 29. Primum constat omnium eundem finem fuisse, & quemque eorum nihil aliud sibi proposuisse, quam quod voluntatem Legislatoris exquirere voluerit: ea enim illud unicum videtur, ex quo glossemata æstimari debent. Sed quod in omnibus rebus verè obtinendis id quoque hîc spectaverint, ut certis ac propriis mediis eam invenerint. Non satis enim erit voluisse finem per media, sed per media perfectè ad eum ducentia: nec rectam viam ingressos fuisse tantum iuvabit, sed ad finem usque tenuisse oportebit. Et maximè in principio haud erraverint, sed viderint, ut ne verba sensui prætulerint. Nam voluntas, illa licet in verbis exhibetur, non tamen illa verbis, sed verba ei accommodanda sunt, (e) quod planè recedi ab sensu legis ob proprietatis verborum observationem

C

vationem

(e) l. benignius ff. de LL.

§ 1.3. C. de vationem prohibeatur, (f) permiffa contra ea, quandoque difcef-
 liberis fione à verborum propria fignificatione de fenfu legis. Unde pri-
 præterit. ma cura fuerit, quomodo mens percipi poffit, fecunda quæ fit pro-
 (g) l. in pria verborum fignificatio.
 ambigua voce. ff. de § 30. De mente, perfpexerint illam tum ex qualitate ipfius legis ac
 LL. eorum, quæ difponuntur in lege, ita legem interpretantes ut inter-
 (h) l. 2. §. pretatio vitio careat, & fit fecundum rationem atque iuftitiam; (g)
 merito. ff. ne quis lædatur in iuftè, (h) vel inde fiat, difsonans quoddam ab ra-
 Ne quid in tione (i) Præterea illum potius fenfum elegerint, qui eft de iure
 loco publ. tione (i) Præterea illum potius fenfum elegerint, qui eft de iure
 l. impube- communi quam de iure fpeciali, (k) etiam per quem verba fortiun-
 ri. ff. de ad- tur effectum; (l) qui quò magis fenfus rei congruerit, & ad propo-
 ministr. fitum fubiekti negotii accefferit, eò certius hoc modo præftari po-
 Tut. (i) arg. l. fi tuerit. Tum alia ratione de fenfu legis certi fuerint, ex qualitate
 quis. §. P- nimirum perfonarum ad quas difpofita (m) & ex qualitate Legisla-
 hibet. ff. de toris, legem fi fit à Pontifice lata ex iure canonico interpretantes,
 Eden. l. fi fi verò ab Imperatore ex iure civili. Deniq; ex qualitate adiuncto-
 ita quis in rum pluribus modis id fieri potuit: primò coniuncta uno iure &
 fin. ff. de rum pluribus modis id fieri potuit: primò coniuncta uno iure &
 evict. uno modo cenfendo ac determinando (n) indeque illum fenfum
 (k) arg. l. eligendo, qui magis congruit in eo genere cum copulato vel difiun-
 in testa- eto (o), & interpretando qualitates adiunctas verbis fecundum na-
 mento. C. eturam verbi fibi adiuncti (p) Idem afsecuti fuerint de effectum &
 de testa- causa fua existimantes (q) denominando ea determinando rem à
 mēto mi- litar. causa principali (r) non accessoria. non minus id adiuuante Har-
 (l) arg. l. fi monià antecedentium & confequentium (s) posterioribus ex prio-
 per alium ribus æftimatis, ac iis non tantum in Scriptura, fed etiam in confue-
 §. docere. tudine facti præcedentibus (t); eoq; imprimis obfervato, ut verba
 ff. ne quis eū qui in fubfequentia magis adaptentur verbis præcedentibus difponenti-
 jus voca bus regulariter & principaliter, quam difponentibus exceptionem
 bi. l. 3. ff. de bus regulariter & principaliter, quam difponentibus exceptionem
 testam. mi- vel
 lit. (m) arg. l. fi longius 18. §. fi ff. de iudiciis. l. fi fervus plurium 50. §. 1. ff. de legat. 1. l.
 aut facto 16. §. 3. ff. de pœn. l. plenum 12. §. 4. ff. de usu & habitat. & c. (n) arg. l. eum
 qui ædes. ff. de ufucap. l. jam hoc iure. 4. ff. de vulg. & pupill. l. quamvis 4. C. de impub.
 & aliis fubstit. (o) arg. l. Servius ait. 122. ff. de verb. fignif. l. ult. §. cui dulcia. ff. de trit.
 vin. oleo frug legat. (p) arg. l. in delictis. 4. §. fi extraneus ff. de noxal. action. l. Lucius
 in prin. ff. de testam. milit. l. verbum erit. 123. ff. de verb. fignif. & c. (q) arg. l. 5. 1. ff. de
 adminiftr. Tut. l. 1. ff. de doli except. & c. (r) arg. l. 1. & ibi glo & Dd. C. de Suis & le-
 git. (s) arg. l. non ad ea 89. ff. de condit. & demonftr. (t) arg. l. nummis 75. de
 legat. 3.

vel demonstrationem (u) Ex Correlativis idem præstiterint legem interpretantem intelligentes secundum legem interpretatam (x): & ex contrariis si quod unum ex iis abstulit, alterum restituat. (y) Ex subrogatis, interpretatis iis secundum qualitatem eorum, in quorum locum successere. (z) Ex qualitate loci, instrumenti & temporis, ubi & quando fiunt, (a) & denique ex omnibus omnino modis & locis, quibus lex extenditur atque restringitur.

§ 31. De amplificatione atque adstrictione, inde ea oritur, quod quid coniunctum sit cum eo, quod verbis exprimitur, aut ei opponatur; quorum hoc ex definitione, à partibus, à genere, istud verò per contraria & per correlativa fieri solet. Amplificatio non melius quam ex certis quibusdam argumentis doctissimi Itali Stephani de Federicis (b) cognosci poterit. Primum ac clarius argumentum ex definitione rei, quæ in lege expressa est, colligi ostendit: quoniam nihil potest esse alicui rei tam coniunctum, quam eius definitio.

§ 32. Secundum à partibus ipsius rei: nam lex disponens de toto intelligitur disponere de omnibus eius partibus. Nec, cum à definitione discesseris, quidquam magis alteri coniungi videbis quam partes suo toto, cum nihil aliud sit totum quam eius partes. (c) Simili ratione lex de genere disponens, de omni sua specie verba fecisse intelligitur: (d) licet tamen non eo modo se habeat genus ad speciem, quam totum se ad partes habet. Nam à toto ad partem valet argumentum affirmative, quod à genere ad speciem contrarià planè ratione procedit. A specie ad genus affirmative concludimus, cum à parte ad totum semper negativè, nisi omnes partes enumeraveris.

§ 33. Tertio loco à natura ipsius rei, de qua lex loquitur, argumenteris ostendit; quod omnia videantur expressa, quæ sunt de natura ipsius rei. (e) Et quarto ex præsumptione consuetudinis vel legis: quod lex & consuetudo præsumant quædam esse dicta, licet non sint dicta. (f)

§ 34. Quinta ratio, quæ res coniungi solent, est ei ab origine & principio ipsius rei, de qua lex loquitur: nam lex disponens
C 2
emprum, ff. de lega. 3. (e) l. in instrum. fundi. 8. & l. quæsitum est, 12. in Instructo fund. legat. (f) arg. l. unicæ. c. de rei uxor act. l. precib. C. de aliis. substitut.

(u) glo. & Bar. in l.

nam quod liquide. ff. de penu leg.

(x) arg. l. nihil. decōjung. cum

emancip. liber. & in auth. de

fil. ante dotal. instrum nat.

§. 1. (y) arg. l. i. in prin. C. de cadu.

tollen.

(z) arg. l. certi condictio. 9. in princ. ff. si

cert. pet.

(a) arg. l. sed et si suscepit, 52. ff. de iudiciis

l. si longius 18. § fin eod. & c.

(b) lib. 1. de interpretat. jur.

(c) l. si quis cum totū ff. de except. rei

jud.

(d) l. si quid carū de 47. § inter

in princ. ff. de impub. &

de principio & origine alicuius rei intelligitur esse expressa, etiam
 quoad ea, quæ exinde oriuntur naturaliter (g) Unde asseritur, quod
 origo & forma sui principii producunt similes sibi effectus: (h) at-
 que concluditur, ex quo à genere pœnæ recessum est, recessum esse
 ab omnibus, quæ proveniunt ab illo pœnæ genere; modo regulari
 atque naturali modo recessum sit: quod autem secus erit argumen-
 to legum quarundam certissimo, si non naturali ac ficto factum
 sit. (i).

§ 35. Sextum argumentum in fine & effectu ipsius rei si-
 gno. & Bar. tum fuerit: nempe ubi lex prohibet aliquem effectum & finem, ex
 l. 29. & ibi mente legis prohibitus existimatur omnis modus atque effectus
 not. ff. de prohibitus illum illudendi ac circumveniendi: & ubi legis finis at-
 jure Fisci. que effectus idem est, eadem quoque ex lege mens creditur. (k) tum
 l. 17. ff. de que sunt destinata ad finem atque utilitatem alicui, cedunt ei (l), &
 inoffic. te- ad positionem effectus sequitur positio causæ. (m) Inde non effugit
 stam. pœnam legis, qui in fraudem legis committit; (n) nec interest, an
 (k) arg. l. vi vel dolo legi fiat injuria.
 25. §. 5. ff. de hæredit.

§ 36. Septimum argumentum ex antecedente præparato
 ad id, de quo disponitur, sumi docet: cum enim omnis fermè res
 (l) arg. l. 19 quoddam antecedens habeat, quo ad ipsam rem ordine ducimur,
 § 13. ff. de nec illud ex se solo commodè constet, inde certè id fit, quod necessa-
 aur. arg. le- riò fini accedat. Itaque iubente lege Domino rem tradi, ex eius
 gat. l. 41. § mente & præparatoria tradi debebunt. (o) Atque aded Præparato-
 15. ff. de le- rium naturam sui principii sequitur atque ducit, ut si quis non uten-
 gat. r. do illud amiserit, hoc quoque licet eo usus sit, tamen amittat: (p) nec
 (m) l. 56. ff. de manu- disponere possit de instrumentis rerum, cui dispositio ipsius rei de-
 miss. te- negata sit. (q) Nam verissimum est, à quo removetur finis, ab eo
 stam. (n) arg. l. 5. etiam removeri ea, quæ sunt ad finem.

§ 37. Octavum modum verba secundum mentem legis
 (o) arg. l. 17. ampliandi ex accessorio eius petit, de quo in lege verbis expressum
 ff. de acti est. Erit autem illud, ad quod hîc spectatur accessorium (nam
 on. cmpt. & vend. l. multipliciter aliàs intelligi potest) quando una res sequitur aliam
 45. ff. de le- rem ut præcipuum: e. g. Dos ad matrimonium, legatum ad here-
 gat. 3. l. 13. ditatis aditionem, bona externa ad personam, fideiussor ad princi-
 ff. de aur. palem debitorem, hypotheca ad principalem obligationem. In
 & argent. legat. hoc

(p) arg. l. 17 ff. quemadmod. servit. amit. (q) arg. l. 1. ff. de aqu. plu. arcen.

hoc accessorio sola ad eam principalis natura attendatur, ut illo adhuc nondum constituto, nec hoc constituatur, nec certè maneat quidem illo sublato; (r) nisi id excederet. (s) Nam cum nullū accessorium sine principali existat, & naturale sit, quod prohibito sive concessio principali intelligatur prohibitum sive concessum eius accessorium, neque id in accessorio alio modo ac in principali fiat.

§ 38. Nono antecedens eius & consequens, de quo lex loquitur sub verbis quoque attendi ostendit. Nam qui vult consequens, vult etiam antecedens, necessarium ad illud consequens; quod multis in iure legibus atque exemplis declarari potest (r) similiter, cui datur antecedens, videtur esse concessum consequens, sine quo antecedens esse non posset: & cui denegatum antecedens, videtur & denegatum consequens, quod sine antecedenti esse non potest. (u) Sed consequens illud non sequatur casualiter vel possibiliter (tunc enim nulla fieret interpretatio) (x) sed necessario vel probabiliter. nec antecedens sive consequens per multa media remotum sit, sed proximum intelligitur. (y)

§ 39. Decimum coniunctionis argumentum in subrogatis invenit, quod quæ disponuntur de aliqua re, intelliguntur eadem esse disposita in re, quæ in locum eius succedit & subrogatur. (z)

§ 40. Undecimo adiunctis in exquirenda verborum sententia utitur: quæ necessario concessa intelliguntur, concessio eo, quod sine iis concedi non poterat; id quod quamplurimis exemplis confirmat. (a)

§ 41. Duodecimum argumentum in unione eius, de quo disponitur, scilicet in quo unita sunt, posuit: idemque exemplo aliquot legum (b) atque auctoritate Bartoli. (c)

§ 42. Præterea decimo tertio in multis legibus ex loco parium argumenti rationem observari licere: ubi duobus æquiparatis naturæ æquiparari aptis, (d) quæ sunt primæ naturæ, non secundæ, (e) nullâ expressâ differentia (f) & quidem iure communi, non

decret. ab ord. fac. (z) arg. l. i. c. de offic. eius qui vic. alter. ger. l. 32. ff. de judic. l. 68. ff. de usufr. accresc. l. 36. § 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 28. § 1. ff. de condit. & demonstr. (a) Instit. de usu & habit. §. 2 l. 105. ff. de solution. l. 137. §. 4. ff. de V. O. l. 41. ff. de injur. & c. (b) arg. l. 7 in prin. ff. de captiv. & postlim. revers. l. 23. in prin. ff. de usurpat. & usucap. l. 62. ff. de acquir. rer. dom. (c) ad l. 1. §. 14. ff. ad Leg. Falcid. (d) arg. l. 38 § 1. ff. de adilit. edict. (e) l. 23. in prin. ff. de hereditat. petit.

(r) l. 2. c. per quas person. nobis acquirat.

(s) Bald. in l. nunquam plura. ff. de privat. delict. per. l. 3. ff. de separar.

(t) ut instit. de hered. instit. in prin. l. 77. de acq. vel amit. hæ. l. 1. ff. commun. præd.

(u) arg. l. 2. ff. de juris. dict. l. 7. in princ. §. p. inde si quis fundum. ff. de except. rei jud.

(x) arg. l. 11. ff. de negot. gest.

exorbi- in l. 4. ff. de

exorbitante speciali, (g) nullo absurdo per æquiparationem consequente, quoties quid in uno mutatur, in altero idem mutari ducitur. Quemadmodum enim in arte Musica intervallis sonorum ad harmoniam compositis, si unum tantum sonum intendis, nisi ceteros omnes quoque intenderis, malè dissonabunt omnia: ita harmonia in legibus constituta, nisi mutato uno parium omnia mutata interpretaberis, turpem dissonantiam concedi manifestum est.

(f) arg. d. l. 38. § ff. de ædific. e. dict. l. 119. ff. de V. O. l. 41. ff. de pœn.

(g) ita Dd. ad l. 7. ff. de public. judic.

(h) ut l. 2. ff. de cõjung. cum em. cip. liber. l. 4. §. 6. erit- que ff. vi bonor. raptor.

(i) dict. l. 4. §. 6. erit- que ff. vi bonor. raptor. (k) l. 1. in prin. & l. 3. §. 1. ff. de incend. rui. naufr. l. 20. § 2. ff. de instrum. vel instrum. legat. (l) ut instit. de rer. divis. §. 18. l. 31. ff. de servitut. rustic. præd. (m) l. non est novum 26

(n) l. 3. ff. de hæred. petit. l. 17. ff. de legat. l. 89. ff. de condit. & demõstrat. l. 24. ff. de legib. & c.

(o) arg. l. 21. §. ff. qui testam face. re poss.

(p) arg. l. 21. §. ff. qui testam face. re poss.

(q) arg. l. 21. §. ff. qui testam face. re poss.

(r) arg. l. 21. §. ff. qui testam face. re poss.

(s) arg. l. 21. §. ff. qui testam face. re poss.

§ 43. Decimum quartum argumentum in Correlativis exhibuit: iubente enim vel vetante lege in uno correlativo aliquid, idem velle creditur in altero; in eo scilicet, in quo ad invicem referuntur per paritatem.

§ 44. Deinde contrariis, quæ medio carent, idem præstitit; in quibus cum lex unum permittit, videtur aliud denegare, & contra ea interdicto uno alterum permitti certum est: & hoc in disjunctis nempe, negativè contrariis atque repugnantibus.

§ 45. Deniq; Expositione, repetitione atque supplemento, ex alia lege interpretata vel interpretante sumpto, sensum quandoque legum indagari probavit; (h) quod vel in una lege pluribus constante capitibus fieri assolet, vel in aliquot separatis legibus. Id si ex una lege conficiendum contigisset, cum vel quæsitæ ad facti narrationem vel ad iuris dispositionem pertineant, in illo vel ex diversa oratione non repetita, (i) vel ex una eadem repetita creduntur, (k) in hoc vero nisi antecedentia fuerint, & contra ius commune, & capita ab aliis capitibus distantia, semper repetita intelliguntur. (l) In diversis autem tum demum repetitio locum invenit, postquam certò constiterit legem explicandam cum sine altera iniuste interpretari, tum primam esse per modum regulæ, secundam per modum casus singularis.

§ 46. Hi sunt modi veram legum mentem amplexificando rescindi. In adstringendis verbis id vel per aliam legem (m) vel per antecedentia & consequentia ipsius legis (n) vel ex mente Legislatoris, (o) ex natura vocis, ex consuetudine loquendi & agendi, ex natura rei sive negotii, ex præsumptione legis, ex com-
de legib. l. 35. in prin. C. de inoffic. testam. l. 32. in fin. C. de appell. l. 3. ff. de hæred. petit. l. 17. ff. de legat. l. 89. ff. de condit. & demõstrat. l. 24. ff. de legib. & c. (o) arg. l. 21. §. ff. qui testam face. re poss.

ex comparatione expressorum antecedentium, sequentium & con-
iunctorum, ex ratione & causa legis, ex contrario fine & effectu e-
ius, ex qualitate, & denique ex naturali ratione etiam non scripta,
perfecerint.

§ 47. Atque ex istis locis omnibus cum leges ampliari at-
que restringi possint, multò magis declarari debuerint, circa quæ
non leve dubium occurrit, quà ratione ea omnia interpretes fece-
rint, si plures coniecturæ mentis de sensu legis habeantur. At conie-
cturæ illæ vel erunt contrariæ: ubi quæ magis sit efficax atque clari-
or, eligenda affirmatur, id est, cuius oppositum maximè contrarium
sit menti legis, & ex quo maximum sequatur absurdum, ut conces-
so nempe eo lex sibi contraria vel impossibilis, vel iniusta, vel inuti-
lis perspiciatur: vel coniecturæ erunt similes; & tunc, cum ex tri-
bus gradatim Scriptura interpretationem recipiat, 'ex re scilicet
subiecta, intellectu, ac voce (nam literæ ipsas voces significant, vo-
ces verò intellectum; intellectus autem concipit res) efficacior erit
illa interpretatio, 1. quæ convenit intellectu. 2. rei subiectæ; 3. re-
bus. 4. Scripturæ. (p) vel coniecturæ erunt pares; & in iis pro-
prietatem tantum verborum spectaverint. (q)

§ 48. Sed bene quæres, num & unde liceat (nam supra
id nos affirmasse) à propria verborum significatione recedi? cum ta-
men nemo dixisse præsumatur, nisi quod mente agitatum, & verba
sint cordis nuntii. (r) Ego vero respondeo, non quidem à propria (p) Baldus
significatione recedi licere, usque dum de contraria mente legis e- circa ra-
videnter constiterit, (s) vel nisi id æquitas fieri iusserit: at tunc ta- tionem te-
men optimo iure hoc licuerit, ne propter nimiam subtilitatem ver- stium, in l.
borum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. (t) Neque cula, 15. C.
dubitandum est, quin impropria præterea significatione magis ac- de Episcop
& clericis.
commoda sententiæ, magis quoque eam sequi debeas; (u) modo (q) arg. l.
non inusitata fuerit. (x) 63. ff. de le.

§ 49. Interea tamen de propria quoque significatione interpretes
viderit; vel ex institutione maiorum, vel ex usu communi homi- gat. 1. l. 7. ff.
num petendâ. De proprietate ex institutione maiorum, quod de supel-
lect. legat.
l. 125. ff. de
mul- verb. signif

(r) d. l. 7. §. 2. ff. de supellect. legat. & d. l. 125. ff. de V. S. (s) l. 69. ff. de legat. 3.
(t) arg. l. 12. ff. de reg. jur. (u) l. 1. in prin. ff. de suis & legit. hæred. (x) l. 4. C. de hæ-
red. instit.

multa sunt & græcè & latinè non denominata, quæ per translationem vel *μεταχρησις* necessariò dicimus, atque aded ut nec improprii vitio laborent. Quintilianus y) triplici ratione eam explicavit: Primo unicuique rei suam appellationem propriam dixit, deinde illud eorum, quæ sunt eisudem nominis, unde cætera deducta sunt, proprium appellavit, ac ultimo si res communis pluribus in uno aliquo nomen eximium vel significantius habeat, id proprium ostendit. Huic rationi triplici recte Alciatus (z) aliam adhuc adiiciens rem generali nomine propriè item nominavit: nam non dubitavit, quin species generi suo propriè inesse censeatur; quo vocem quoque larà significatione multa comprehendentem ac exprimentem retulit. His autem licet omnibus modis sint nomina propria, ea tamen esse à triplici origine plerique Doctorum asseruerunt: vel ab auctoritate, vel ab Definitione, vel ab Etymologia. De prima quidem non sine ratione dubitarunt quidam, an inde fiant propria quod sapientes ita voluerint. At auctoritati tamen id bene tribui poterit, ut quo dicendi modo usi sunt illi & nos possimus uti proprièque dicere videamur. Ab Etymologia ac Allusione tum de mùm propria sunt, si definitioni non adversantur. (a) De definitione ex Dialecticis innotuerit.

§ 50. Usus comùnis & maximè si originè ex auctoritate prudentiũ traxerit, proprietati quoq; prævalet. (b) Eum igitur ut optimum Magistrum attenti audiverint; (c) quo non solum verborum communium veræ & propriæ significationes mutantur, sed legum quoque ipsarum iussa obliterantur. (d)

Horat. in arte poët.

*Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est & ius & norma loquendi.*

Fuere quidem, (e) qui, quod ex comùnisi usu dicitur, non esse ex propria significatione, sed ex figurato potius sermone dici, pro eo propugnare acerrimè; hac ratione armati, quod naturalis rei significatio auctoritate populi imutari nequeat: at debellavit eos jampridem Alciatus, (e) veri, iuris, atq; æqui Vir peritissimus. Unde vocabula inventa sunt, inquit ille, nisi ex hominum usu? Siquidem vetustissimam Linguam Chaldæorum s. Hebræorum fuisse constat. Nequaquam
in proem. decreta. l. 2. ff. de usufruct. car. rer. (f) lib. 2. de verb. signif. §. 20. & seqq.

(y) lib. 8. Institut. Rhet.

(z) de verb. signif. lib. 1

(a) Alciat in l. tabernæ. ff. de

verb. & rer. signif. (b)

id. Alciat. l. 2. de verb. signif.

(c) Quintil Institut. l. 1. cap 5.

(d) apud A. Gellium.

Sulpit. A. pollinar.

(e) Bartol in l. Labeo ff. de supel.

lect. legat. de Alciatus, (e) veri, iuris, atq; æqui

Salic. in l. 1. ff. de suis & legit

Felinus

quaquam credendum est, naturalem rei significationem non posse populi auctoritate imminui: nam si hoc verum esset, nomina literarum æquè apud alias gentes ut apud Hebræos, suam significationem haberent. illis & Doctrinam, 2. Domum, 1. Plenitudinem &c. aliis verò gentibus nihil significant; in quibus iis nil nisi quædam peregrinæ linguæ imitatio apparet, unde eorū sermones orti ex usu & consuetudine, vim, augmentum atque naturam suam accepere. Nec verum est figuratum huiusmodi sermonem dici, cum contra potius is figuratus sit, qui præter usum accipitur, unde & κατὰ χρόνον figura, quam ab usum, latinè dicimus. Licet autem usum ante omnia Interpres spectare debeat, in dubio tamen nihilominus, si aliqua dictio ex communi usu latius acciperetur quam ex proprietate soleat, ex proprietate illam interpretabuntur; nisi id ratio legis æquè ex communi usu proveniens prohibeat, vel eadem ratio sit secundum utramque significationem: tunc enim communem usum quoque attenderint. Attenderint autem illum communem usum, qui eo tempore fuit, quo lex lata est, non qui postea inoleverit, nec ex posteriori priorem æstimaverit. (g) Nam qui hodiè est communis usus, olim fuisse non præsumitur; nisi aded antiquitus receptus probaretur, aut ante hominum memoriam inolevisset. (h) Quod si vero lex ex eo sensu, quem à principio habuit, iniqua esset, tunc interpretationem benè ex novissimo fecerint, ut iniquitatem eam corrigat, quam tamen non corrigit, nisi decennio jam valuisse constet. Non enim verisimile est, posse citius civitatem in alicuius verbi novandi consuetudine consentire.

§ 51. Hæc via incedentes non longè à vera explicatione legum abesse possunt: quam planè obtinuisse videntur figurarum in verbis atque troporum usu cognito, neque videmus, quid auctoritati glossarum ex hac parte defuturum sit, quas ad normam illam dirigi contigit; quæ norma eadem in iis legibus adhibenda est, quæ sunt vel videntur contrariæ. Nam, cum multæ eæ videantur, & tamen non sint, omnibus latis de consiliorum sententiis sæpe ac diligenter examinatis, non facilè credendum est, eas per leges esse correctas, nisi id expresse dicatur, (i) unde quatenus sententia & verba patiuntur, potius erunt conciliandæ, quam corrigendæ, (k)

D quod
 (g) Socin. l. Gallus 29 §. si eius in fin. ff. de liber. & posthum. hæred. (h) Bart. in d. l. Labeo. ff. de supellest. legat. (i) l. si quando. 35. C. de inoffic. testam.
 (k) l. unic. de inoffic. dot.

quod vix aliaquam dicta ratione melius efficietur. Videntur autem falso sibi adversari, quando vel una aliam declarat, quod scilicet antiqua erat obscura, vel dissensere inter se atque discordare antiqui Doctores; (l) vel alia aliam distinguit; (m) vel una aliam supplet, (n) vel una alteri derogat s. limitat. (o) Quæ sibi alia ratione invicem adversantur, earum una alteram abrogat (p) atque corrigit. Ibi si glossa in omnibus auctoritatem habitura sit, & de eo auctor earum certus fuerit, quæ potior ex iis sit, quæque tollatur per aliam.

§ 52. Qui maiorem in eo operam posuere, id vel respectu subiectæ legis, sc. rei de qua lex loquitur, fieri cognovère, vel ratione modi, vel ratione qualitatis, ipsius legis. Quæ sibi invicem ratione rei repugnant, in iis disponens de religione vel rebus sacris derogat legi disponenti de rebus prophanis, lex disponens de bonis animæ præfertur legi de corporis bonis, & ea de bonis corporis potior habetur eà de rebus exterioribus. Lex naturalis auctoritate præcedit legem non naturalem licet æquam: & si qua iusserit, ut quis bona sua tueatur, derogat ei, quæ aliena tueri iubet. Lex lata de bono publico: præfertur legi de bono privato: & quæ æquitatē continet, continenti rigorem. (q) Lex disponens in casu necessitatis derogat legi, quæ in casu necessitatis nulla est. (r) quæ condita est de iure voluntario, tollit eam, quæ est de iure dicto in invitum; modo ius primum non fuerit restrictum: (s) & quæ statuit de iure ordinario, abrogat statuentem de iure extraordinario & subsidiario. (t) Lex de iure, quod quis habet ex se, fortior est ea de eo, quod quis habet ab alio. (u) & deniq; quæ in favorem præstat ei quæ in odium sancita est; cæteris tamen paribus. (x)

§ 53. Ra-

- (l) l. 21. C. de furt. l. fin. C. de Servitut. & aqu. (m) ut Inst. de rer. divis. §. 25. & 6
 (n) l. 4. §. 6. eritq; hæc differentia. ff. vi bonor. rapt. l. 4. de his quibus ut indignis.
 (o) l. ult. C. qui & advers. quos in integr. restitui non poss. (p) l. 4. C. de liber. præter. l. 1. C. de lat. libert. roll. (q) l. placuit. 8. C. de iudicis. l. 1. C. de LL.
 (r) l. ult. ff. ad l. Rhod. de jactu. (s) ut l. 31. ff. de iurjurand. l. 26. ff. de re judic. l. 2. C. commun. utriusq; judic. (t) 13. ff. de minorib. vigint. quinque annor.
 (u) arg. l. 56. & 57. ff. de legat. 2. (x) l. inter pares 38. ff. de re jud. l. ult. §. igitur.

§ 53. Ratione modi lex iubens vel vetans abrogat legem permittentem sive tolerantem: (y) & lex vetans tollit alteram legem præcipientem; quemadmodum, negatio derogat atque tollit affirmationem, non autem affirmatio negationem. Præterea, quæ iubet vel vetat etiamque permittit, potior est consulenti. (z) tum constituta de re per causam principalem, prævalet constitutæ per proximam sive adiuvantem (a) & innixa veritati potior est innitenti in coniecturis. (b) Deniq; lex iubens quid ex templo fieri, præponenda ei, quæ post tempus demû, vel sub conditione fieri iussit. (c)

§ 54. Ex qualitate ipsius legis in repugnantibus nova abrogare solet veterem: (d) & latis duabus contrariis, ac licet uno eodemque tempore, tamen posterior in ordine derogat priori. (e) Item lex specialis derogat generali, (f) atque aded si esset posterior. (g) & duabus specialibus sibi contrariis, ei derogandum est; ubi minor utilitas reperitur. Lex annexam tandem habens clausulam derogatoriam (nempe quod huic legi parendum sit, non obstante contraria lege, vel quod factum contra hanc legem irritum esse debeat,) derogat legi non habenti clausulam derogatoriam.

§ 55. Ex his concludimus, effectum per causam atque principia judicantes, Glossas, quod vera earum auctoritas in vera ad legum sensum atque rectam rationem conformatione poni habita sit, rationem civilem ac legem naturalem eadem, quam leges ipsas vi produxissent; quo sensu quoque quod sint pro textu à plurimis Viris in iudicando summis (i) scribi ducimus: Unde in decidendo non recedendum esse ab iis maximè quas *ἡ γὰρ ἐξ ὅχου* ita appell.

D 2

si Titius heres scriptus sit ff. de vulg. & pupillar. substit. (y) ut l. 8. C. qui testamenta facere possint vel non. (z) l. 2. ff. mandat. vel contra, (a) arg. l. 1. §. II. ff. Depositi vel contra. l. 4. in prin. ff. si cert. petat. l. 1. ff. de auctorit. & consens. Tur. l. 40. ff. de condict. indeb. (b) ut l. 137. §. illud 4. ff. de verb. obl. (c) l. 16. §. 1. ff. de compensat. (d) l. 22. in prin. ff. de legat. 3. l. 12. C. de pact. (e) arg. l. 17. §. 2. ff. de testam. mil. (f) Bart. in l. Sanctio legum. 41. ff. de poen. (g) l. 28. de legib. (h) Bart. n. 8. in l. 3. ff. de iustit. & jur. Ioh. ab Immola in c. quoniam, ut lit. non contest. Alex. ab Immola in l. 4. ff. de acquir. hered. Iason in l. 27. C. de pact. Math. de Afflict. in tract. protom. ver. licet. Ayala conf. 55. ex pacto. n. 2. 3. Ancharan. conf. 331. Schurpfius consil. 90. n. 31. cent. 1.

pellamus, pronuntiarunt. Sed si simpliciter quicquid in ijs, vel in istâ solâ quidê exstiterint, id omne verum affirmaverint, licet errare hîc humanum observatione interpretationis legum benè provideri ac præcaveri potuerit, tamen in plurimis, ac plurimos in Accursianis quidem istaque principe glossâ, errores notaverint, qui illa volumina pervolutaverint,

§ 56. Qua ratione ergò inductus Fulgosius (k), ne latum ab Accursiana illa Glossâ unguem recedi debere existimat, & Bartolus majorem ei quam ipsi textui auctoritatem tribuit? prius quidem est absurdum, (l) hoc vero absurdissimum & assertu indignissimum. Et summè quidem quisque mirabitur, Bartolum quidem, maximum aliàs virum ad eò sibi non constituisse, & tamen alio in loco (m) probabilem eam tantummodo asseruisse. Si probabilem crediderit, ipse sibi socioque suo respondit (nam tunc nullam nobis imponet necessitatem) nec ulteriorem responsionem postulare debet. Interea tamen, ut ipse quoque falsitatem harum assertionum observare possis, in ratione opinionum glossarum duo attendas: vel enim glossæ opinio est de sensu verbis expresso, vel de sensu tacito. Ubi verbis sententia exprimitur, ibi nulla est dubitatio, nec ad glossam dubitantem respiciendum. De sensu a tacito, non est considerandum, quid glossa dicat, sive sit vetustior illa, sive recentiorum Doctorum, verum qua de causa quibusque rationibus & argumentis ea nitatur. (n) Rectè ergo contra ea sensit Gratianus, atque cum eo Pontifex Romanus Eugenius III, qui consilio illius legem sancivit, (o) ut tantum credatur Glossæ, quantum permovetur lege. ratione: unde si opiniones Doctorum atque Commentaria verbis legum magis consona fuerint, vel inni-

tan-

(k) Bart. in l. ut vim 3. ff. de iustit. & iur. Bald. in l. 9. C. deposit. Butrig. in l. unic. C. qui pro sua iuris. Socin. consil. 80. n. 4. Bald. in l. 8. C. de impuber. & aliis substit. & in auth. cessante. C. de Legit. hered. Angel. in l. 1. ff. de accusat. Salicet. in l. 20. C. de pact. Socin. in l. 2. in fin. ff. de except. rei iud. Matth. de Affict. decis. 384. n. 3. Guid. Papa quest. 39. n. 2. (k) ut ref. Hunn. ad Treutler. de interpretat. iur. lib. 2. c. ult. (l) In d. l. 3. ut vim. ff. de iustit. & iur. & in l. 1. de pupil. & vulg. substitut. (m) In l. 1. ff. si cert. petat. (n) Bald. & Immol. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. & l. 2. C. de sent. que sin. cert. quan. & in l. cum hered. C. de pos. & in l. ult. §. necessitate. solum. 3. C. de bon. que lib. (o) in c. ego solus. in c. quis nesciat. in c. noli. & in c. quorum liber. 9. distinet.

tantur permoveanturve melioribus ac subtilioribus quam glossa, rationibus, non illa, sed hæ sequendæ sunt. (p) Nam infidum sanè Salicetti consilium existimo, (q) *Iudicem qui nesciat iudicare, sequi debere Glossarum opiniones: quemadmodum qui nescit equitare, se teneat opus habet super arzone;* nisi enim specialiter ei à summa potestate largitum fuerit, ut suo iudicio iudicet si volet, nullo modo ei id licebit. Erubescimus primò sine lege loqui: (r) & *in quibus casibus lex debet, nulla erit danda actio.* (s) *Paria sunt aliqua fieri sine lege & contra legem.* (t) Imò ipsa denique Glossa illud consilium damnat, scholares damnans, (u) qui Glossæ auctoritatem in defectu legum interponere solebant.

§ 57. Fieri quoque posse, atque adeò factum esse nullum est dubium, ut licet Glossæ opinio iuri naturali rectæque rationi non repugnet, à contraria tamen consuetudine stare non possit. Nam cum consuetudinis vis maxima sit, & ea quæ per annos plurimos observata, velut tacitâ civium conventionem, non minus quam ea quæ scripta sunt iura observentur, (x) sequentes hanc merito illam relinquimus; adducti ratione, confirmati auctoritate perfectissimorum Doctorum. Jacobus de Burdigariis, (y) Philippus Decius, (z) Franciscus Curtius, (a) Christianus de Castellione, (b) Ioannes Nevizanus, (c) Franciscus Gratianus, (d) Ioannes Baptista Ferrrettus, (e) Rollandus à Valle (f) & Marcus Mantua (g) omnes docuere; consuetudinem Glossæ contrariâ, Glossam tunc recipiendam, consuetudinem esse observandam: His itaque viris cum ratione sequutum fuisse non poenitebit.

§ 58. Quod autem illi id de veteri tantum atque Accursiana Glossa affirmavere, nos plura sub nomine Glossæ comprehendere posse:

D. 3.

(p) Dec. in consil. 23. pro tenui. post. num. 5. vers. non obstat si dicatur. (q) in l. 2. C. de senten. que fin. cert. quan. prof. (r) Bald. in ca. nihil. circ. fin. de elect. (s) l. 46. § 9. ff. solut. matr. (t) Bald. in C. genesi. circ. fin. de electio. (u) in l. 12. sed li. cet. ff. de offic. presid. (x) l. 35. ff. de legibus. (y) in l. 1. C. qui pro sua iurisd. (z) consil. 146. col. 4. n. 7. (a) in consil. 49. num. 23. (b) in consil. 37. n. 35. 40. (c) in Sylva nupt. l. 5. num. 64. & seqq. (d) consil. 75. col. 4. num. 2. lib. 2. (e) consil. 48. col. 1. n. 3. (f) consil. 94. n. 25. lib. 1. (g) consil. 2. n. 79. lib. 1.

posse persuasum habentes, explicamus illud, atque de omni interpretatione Legum, quam Glossam dicimus, statuimus. Atque non illud solum, sed aliud præterea asserimus: Glossis nempe inter se in probabilibus dissentientibus, maiori parti adhaerendum esse: ita tamen ut ne vel rationi naturali, vel legi humanae fiat iniuria. Nec in eo quidem summorum virorum ratio atque auctoritas nobis defuit: hoc enim docuere idem, quem supra nominavi de Butrigariis (g) atque Baldus ille de Ubaldis, viri uterque clarissimi; quorum

(h) *de con-* cum ratio firma satis videatur, plura vincula fortius quam unum
stit. & in l. constringere, indeque plures oculos plus posse videre, non possum
8. C. de im- quin assentiar.

puber. & § 59. Sed ut paucissimis verbis auctoritatem glossarum
aliis sub- declarem omnium, eadem cum lege fuerit, cum lege si loquuta
stit. n. 42. fuerint. si absque ea nulla omnino. Cum lege autem locuta
vers. item censentur, non tantum verbis, iis in lege æquivalentibus, sed sen-
non obstat sum eius quo modo indicavimus ac omni iustâ ratione referenti-
gloss. in §. bus. Omne quod in ratione consistit pro lege habetur, ac pro le-
qua rat. ge obligat; quamvis non uno eodemque modo: Nam constat in-
ter omnes aliter legem Naturalem, aliter Civilem obligare. Inde
si glossa tantum naturali ratione probaverit, naturaliter eadem ob-
ligaverit: legibus latis civilibus probans, civili ratione auctori-
tem habet.

§ 60. At hæc sufficient; ad quæ te si rectè applicaveris, de
veritate cuiuscunq; glossæ vel interpretationis benè certus
fueris. Et æternum stabit Judicium tuum, nec
minimæ quidem inclinationi time-
re debebis.

F I N I S.



ULB Halle
006 682 197


3



VDM








B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



T. B. I. 1444

RITAS
RVM

25

ncipium,

1662, 14.

DE

SSIMO, NOBILIS-
atq; AMPLISSIMO,

REBHAN,

Comite, Colleg.

fore seniore, Prae-
mo,

Disputatione

RO Colbergenf.

a. d. 25. Aprilis.



ORATI,
NN. PASTORIUS,

LXII.

